

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Stockmann Georg Reich

Theses De Urina

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730132218>

Druck Freier  Zugang



Træs.

Stockmann, Joachim
Reop.: Reich. Scag.

R. M. med. 1642

THESES
DE
URINA

Qua

ADIUVANTE NUMINE

Almâ Rosarum Academiâ

P R A E S I D E

Viro Clarissimo, Experientissimo

JOACHIMO STOCK.

ANNO, Philos: & Med. D. ejus-
demq; Profess. publ.

Respondente

EORGIO REICHIO,
Lubecenf.

iblicæ censuræ subijcentur. In Auditorio
Majori ad diem 5. Febr.



ROSTOCHII,
NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLII.

41

THESES
DE
URINA
Quæ
ADIUVANTE NUMINE
In Almâ Rosarum Academiâ
PRÆSIDE
Viro Clariſſimo, Experientiſſimo
Dn. JOACHIMO STOCK.
MANNO, Philos. & Med. D. ejus-
demq; Profess. publ.
Respondente,
GEORGIO REICHIO,
Lubecens.
Publicæ censuræ subiicientur. In Auditorio
Majori ad diem 5. Febr.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILL, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLII.

41



THEISIS I.



Uia τηλική ars est Medicina,
certum etiam habet objectum in quo ope-
ratur, certum finem cuius gratia operatur,
certa operationis instrumenta & modum.

2. Objectum humanum corpus est, finis
Sanitas, operatio est Curatio, Instrumenta
sunt Medicamenta, Operationis modus in-
legitima medendi Methodo consistit.

3. Hæc omnia quia varia prærequirunt præcognita, regulas
& præcepta, hinc sit ut Medica ars non ita addisci possit, quemad-
modum vulgaria pleraq; Articia (quorum objectum, finis, in-
strumenta, & operandi modus vel nota sunt discipulo vel nullo
negotio innotescunt) sed conscriptis hic institutionibus opus sit.

4. In ijs tota Medicina in suas partes dispescitur, quarum
aliae statuuntur Theoreticæ, aliae Practicæ, Theoreticæ ab objecto
denominatae sunt Φυσιολογική, παθολογική, ομηρωπή. Practicæ
ratione operationis & officiorum Medici distinguuntur. Et potis-
simæ sunt, ηεφυλατική, φυλατική, θεραπευτική.

5. Utilissima quæ est, in Medicis Institutionibus jure meritoq;
non unum locum obtinet Doctrina de Urinis.

6. In Φυσιολογικῇ ut Excrementius humor. In παθολογικῇ
ut morbifica causa. In ομηρωπῇ ut Signum consideratur Urina,
& in θεραπευτικῇ Medicamentis annumeratur.

7. Neq; Hippocrates neq; Galenus seorsim hanc rem tradi-
derunt, sed quæ non pauca nec parvi aëstimanda posteritati reli-
querunt monita sparsim suis scriptis inseruerunt.

8. Collegit illa satis diligenter, & in locos suos communes re-
tulit Valleriola, at sine ordine.

9. Eadem porro excolere cœperunt inter Arabes, Avicenna
præcipue; Inter Græcos Medicorum dictos Principes, Actuarius,

postilos Montanus Veronensis, de quibus & quid quisq; hæc in parte laude dignum vel secus præstiterit publicum extat Argentorati judicium.

10. Qui & ipse inter alia sua Commentaria peculiarem tractatum de Urinis edidit, ut & Mercurialis & Ioubertus & Vallesius & Donatus ab Alto-Mari & Hercules Saxonia & Capivaccius & Sustius Salvianus, &c.

11. Quorum inenimit Sennertus, eorumq; Sententias confert & examinat in Instit. I. i.c. 9. & l. 3 part. I. sect. 3.

12. Hactenus suum locum assignavimus τὴν διαλογίαν & quos habeat præcipuos authores, Interpretes, & Excultores subjecimus in gratiam Tyronum, quibus tota hæc conscripta est prima differentia.

13. Nunc rem ipsam ordiemur, & quidem hæc vice doctrinam de Urinis quatenus ad Φυσιολογικὴν spectat pro virili explicabimus, reliqua commodæ cuivis occasione reservantes.

14. Primò igitur ponemus, eamq; ex instinctu ac præcepto nostri Galeni prolixam sive Definitionem sive Descriptionem, & inde singula seorsim perpendemus membra.

15. Urinam Aristoteles dixit υγεὸν αἵτινα μὲν humidam superfuitatem; Hippocrates υγεασίην, τροφῆς ὄχημα, humidum, alimenti vehiculum; Galenus serum humorum in venis contentorum; Author Galenicarum definit: Excolatam sanguinis superfluitatem; Actuarius Colaturam Sanguinis, Ferrielius Serum vehiculumq; Sanguinis renum vi secretum; Valleriola Serum sive serum Sanguinis Excrementum, quod in Sanguine simile est Lactis sero, aquosum, tenuē & cum minimo lentore; Russus. Nitrosum humorem in vesicam delabentem. Nostra hæc sit Definitio.

Urina est Exrementitius humor, υγεὸν πεπιθωμένος ex potulentâ primæ coctionis redundantia, illaque cum chylo vehiculi loco relata, & salso bilioso Sanguinis sero in secundâ concoctione arctissimâ miscellâ unitis genitum;

tum; Quod Sanguini melioris distributionis ergò aliquandiu confusum manet, peractâq; distributione ex majoribus vasis per emulgentes venas & Arterias à renibus subtrahitur, & per Ureteres in Vesicam demittitur, indeq; rursus cum quibuscumq; in viâ vel aliâs associatis humoribus & contentis mictione excernitur, ex quo excreto, rite excepto, affervato & inspecto consideratis considerandis multifaria Medici desumunt signa.

16. Hic non possum, quin Obiter moneam Inepta & ridicula esse nimis creduli & non raro etiam superstitionis vulgi interrogata.
(1.) An viri vel foemina sit quæ exhibetur Urina; si foeminæ, an virginis vel nuptæ; & hujus an gravidæ vel non; & si non an adhuc aliqua optatae fæcunditatis spes affulgeat, vel perpetua exspectanda sit odiosa sterilitas. (2.) An doleat æger, & quam corporis partem, an calcaneum pedis vel manus unguem, cuius manus, cuius digiti. (3.) An non Lividus in Extero corpore appareat color, undè ille, an ex percussione vel lapsu; Et si ex lapsu, an ex scalis vel curru deciderit æger, & si ex scalis, per quot gradus, si ex curru, quot fuérint currus rotæ, an boves traxerint currum vel Equi. Quidni rotæ, quidni boves etiam conspiciantur in Urina vel Equi. (4.) Qualis sit internorum viscerum constitutio, Quidni læso ventriculo manducatum referat Urina vitrum; an aliquid residui Epatis & Pulmonis adhuc appareat, vel radicitus jam consumpta sint illa viscera.

17. Sexcenta alia non minus stolida vel stulta insipientis peculia recitari possent quæsita & facile refutari; sed frustra, cum vix illa spes sit Emendationis vulgi, quamdiu Medicis ex ambulatoriæ Urinæ inspectione colligere lucellum, eâq; vel alia quâvis de causa connivere placet.

18. Etsanè nimia videtur conniventia, quando Medicus qua-

vis ad colloquium admittit garrulas aniculas, sive totum exhibeant, sive aliquotam particulam, sive eodem die, sive pridiē, sive antē sive post febrilem paroxysmum, sive in ipso paroxysmo, sive quocunque Tempore, quocunq; vase quomodocunq; collectum & asservatum lotium.

19. Detestandae sunt nugivendolorum agyrtarum, Σεμάντων si Dijs placet, sycophantiæ. Quando ad speculum contemplantur Urinas, Unde κατοπτρική, vel ex annulo suum de Urinis ferunt judicium, Unde δακτυλομετρία, Quem annulum nescio cui genio vel inclusō Dæmonio sacrum, postquam auri religiosè ad moverunt, arcana quæq; divinitus sibi insulsurari simulant, Et non Erubescunt ineptis interrogatis ineptiora reponere responsa, neq; id joco sed ita serio ut graviter dictis non solum compositum vultum & quavis alia addant veritatis specimina, sed & manifesta saepius perjuria.

20. Tantarum præstigiarum licet accusari vix possint Σερούνται Doctores Medici, nonnulli tamen Lucripetæ non nullius fraudis rei aguntur apud Medicum Polyticum Roderici à Castro, & summo jure indigni judicantur ut tam divinæ artis Doctores audiant.

21. Transeant vulgi & quivis alij errores, perseguamur rem ipsam.

22. In nostrâ Definitione Definitum quod est, Urina alias Lotion, Græcis Lexicographis η Σέρη, η Σέρη, aliquando attestante Mercuriali etiam Σέρον & Σέρη appellatur, ijsq; recentioribus Hippocrati & Polybo ignotis, ut ait, vocabulis.

23. Impropriè ac imperfectè Urina dicitur ex potu & potulentis in primâ coctione Ventriculi redundans, & secundam Epatis coctionem subterfugiens sine admistione seri excreta cruda, aquosa illa superfluitas.

24. Hic præmonendum videtur Lector ante quam progrediamur ulterius. (1.) Quod non omnis cum cibo assumptus copiosior potus in ventriculo subsistat, usq; dum plena ibi peracta sit concoctio. Interea enim dum sit chylificatio jactum ex potulentis superflua quedam humiditas separatur, & vel alvi fæcibus commiscetur, vel ad renes & vesicam per occultos cuniculos curriculo decurrit sine omni

omani vel exigua assumti seri miscellâ; vide recentiores de usu lienis.
Et hinc sit quod *κωθωνίζαται* i. poculis certantiū, indeq; vesicam
sæpiusculè exonerantium bibonum puris aquis similiora sint lotia,
quâ citrino suo colore tinctis Ur. nis, id quod ex thermarum etiam
& quorundam vinorum potu ultrò contingit, non æquè urgente
copiâ, (ne quid de Diabete dicam rarissimo affectu, ubi assumtus
quilibet potus eadem sâpè facie, nec colore quidem mutato per
urinarias vias redditur:) (2.) Quod qui necessariò cum cibo per-
manet, & absq; quo vix quicquam emolumenti corpus ex cibi be-
nignitate conciperet, quod inquam, ille etiam liquor non eodem
modo in naturâ commodum convertatur, sed partim cum cibo
ita intimè permisceatur, ut tota cibi vis in illum liquorem transe-
at, & una inde fiat æquabilis substantia, cremori Ervorum non ab-
similis succus, proprio nomine appellatus chylus, partim non ita
intimè cum alimentarijs cibi partibus uniat, ut ipsam chyli con-
stitutionem ingrediatur, sed instar confusi alienoris liquoris cum
chylo quomodocunq; saltē coalescat. (3.) Quod porrò ad
Epar deferendus & ibidem in sanguinem commutandus chylus,
propter insitum lentorem tenuiori indigeat vehiculo, ut per Mesa-
raicarum venarum angustias tanto facilius ad Epatis appellatam
portam transire, intimosq; Visceris recessus penetrare possit.
(4.) Quod hoc ipsum vehiculum sit idem ille jam dictus ex potu
cum chylo confusum relictus liquor.

25. Ex hâc *ὑγεασίν* (peractâ chyli ad Epar deportatione, pera-
ctâq; sanguificatione) iterum separatâ, & cum sanguinis biliosa-
falsa ferositate unitâ coalescit propriè & perfectè postmodum no-
minanda Urina.

26. Diversum sentiunt Argenterius & Mercurialis, quibus, ut
& Iouberto ad constituendam Urinam sufficere videtur sola ex po-
tulentis ventriculi coctione genita aquositas, & quidem Argenterio
ne quidem in Epate ulteriori coctione alterata, Mercuriali ea ipsa
quidem sed in Epate & venis alterata permistaq;

27. Ita enim Argenterius ex præmissis (de cuiuslibet coctionis
duplici excremento) concludit: *Urina non gignitur in Epate aut*
venis, nec est illarum partium vel rerum Excrementum, sed coctionis
que

qua sit in ventriculo, & sic non ex aliâ materiâ, quam ex potu & que
portioni vim habent.

28. Et talem ijs præsuppositis superstruit Definitionem. Urina
est Excrementum tenue & aquosum ex potu genitum in coctione que
fit in ventriculo & perfectâ coctione Epati separatum à sanguine re-
num & receptum in vesicâ.

29. Argenterio & Mercuriali, eorumq; asseclis Urinam ex as-
sumtis potulentis trahere originem & aquosum illud $\omega\acute{\epsilon}\tau\acute{\alpha}\mu\sigma$,
undè maximam partem constituitur urina, in ventriculo gigni, &
ex primâ coctione ad Epar deferri libenter cōcedimus, sed addimus
aquoso illi $\omega\acute{\epsilon}\tau\acute{\alpha}\mu\sigma$ primâ coctionis ex secundâ concoctione
potissimam urinæ partem accedere, & non solum nomen ex sepa-
ratione. Quamvis citatæ definitioni præmissa primo intuitu satis
speciosa videntur Argenterij verba cum dicit:

30. Est ergo illud tenendum, Urinam gigni in ventriculo, non ta-
men urinæ nomen capere, donec à sanguine separetur. Nam Excremen-
ta Excrementi nomen non habent interim dum sunt confusa cum alijs
humoribus. Quia ergo non separatur hoc Excrementum statim post
coctionem ventriculi, sed post eam qua sit in Epati, idēc putarunt alij
in Epati coctione gigni, quod verum non est, sed quod diximus fit in
Ventriculo & post coctionem sanguinis perfectam in Epati separatur;
& quod prius aqua, aquosumq; Excrementum dicebatur, urinæ nomen
accipit. Serratur igitur res eadem & mutatus nomen.

31. Quod si nihil præter segregationem accedit, nihil præter
nomen mutatur ex Argenterij sententia, utiq; in questione manet;
An non aquosum illud primæ coctionis $\omega\acute{\epsilon}\tau\acute{\alpha}\mu\sigma$ sive Excremen-
tum in Epati recoquatur, & in illâ recoctione annon alias assumat,
quas antea non obtinebat, qualitates & undè illas? Siquidem no-
stris oculis videmus & deprehendimus eum ipsum liquorem, qui
ut supra ostendimus, secundam coctionem subterfugit, pura putat
instar aquæ sine consistentiâ, sine colore, sine odore excerni, veram
autem & mediocris consistentiæ & citrino colore tintam nec in-
odoram esse Urinam.

32. Sed quia in dictâ sententiâ subsistit Argenterius nec citato
loco ulterius Urinæ naturam explicat (quamvis alibi à seipso dis-
sentire

sentire videatur Sennerto,) Mercurialem ejusdem opinionis pro-pugnatorem compellabimus, ni fallor nostræ sententiae faverabi-liorem habituri susceptorem.

33. Ita enim Cap. 2. Nos dicimus & Cap. 3. Credere cogimur, Urinam nihil aliud esse nisi material potulentam, alimenti vehiculum, in jecore & vasis alteratum & permistum à calore naturali aut præternaturali, tandemq; à renibus attractum ac in vesicam depulsum. Prolixiorum suæ Definitionis interpretationem ipse author sub-jungit. Notabiliora hæc de re passim quæ occurunt, hæc sunt. (1.) Per potulentam material non solum hic intelligi potas aquas cerevisias, vina, seu quasvis etiam ex quibusvis poþnycor, sorbitio-nibus, brodijs, jusculis oriundas, nec non ex horarijs fugacibus Fru-tibus, recentibus uvis, cerasis, moris, peponibus, & quibuscumq; similibus quoconq; nomine assumptis, sive nutrientis sive medica-mentis confluentes aquositates. (2.) Non totam potulentam ma-teriam Urinæ conferri, siquidem ex parte per sudorem etiam eva-cuator & insensilem transpirationem aufugit, (ne dicam per venæ sectionem quod unà cum sanguine ejusdem generis cum urinâ e-ducatur serum.) (3.) Quod illa saltem portio indè cedat urinæ, quæ chyli fuit vehiculum, eumq; ad Epar deduxit, & in Epate ul-teriore sustinuit alterationem & permissionem.

34. Sed quia Mercurialis, cuius ultima hæc verba sunt, à com-muni sententia alienior est, non immerito quis quærat.

35. Quam alterationem ac permissionem intelligat? Sed non opus est scrupulosâ hic quæstione. Sufficit quod asserit (1.) Per-alterationem in jecore multis accidentibus spoliari potum, & mul-ta ope jecoris accidentia eundem suscipere. (2.) Potu assumtas & per vias urinarias iterum excretas thermales aquas ideo tales min-gi quales assumuntur, quia in jecore & venis mutationem non-suscipiunt. (3.) Hanc permissionem si nilem esse illi urinarum permissioni quæ in febribus fit. (4.) Quod sine contradictione in Testimonium citat Galeni loca ex Epidem. 6. comm. 6. text. 15. In-deq; concludit, manifestum esse Galenum censuisse material pot-tentam permutatam, & coloribus infectam generare Urinam, imò verò ipsissimam esse Utinam. Ex 10 de simpl. Medicin. c. de

sudore. Sudoris & Urinæ eandem esse generationem ex potu in corpore excalfacto & nonnihil bilis admistum habente.

36. Fatetur igitur Mercurialis cum Galeno ex admistâ bile coloris accessum urinæ contingere. Quâ de re liceat mihi Capivaccij sententiam, tanquam interpretis subnecter, qui totam lotij naturam non minus nervosè quam breviter comprehendit, cum de febris Ephemeræ signis agens hâc uititur Digressione.

37. Ut autem horum Symptomatum ratio reddi posît, lotij natura paucis explicanda. Lotium igitur est Excrementum tenuë, genitum è portione aquosâ eorum quæ per os sunt assumta. Est igitur serosum hoc & aquosum Excrementum chylificationis: & conficitur in ventriculo; formam autem Urinæ, ut nimis rur dicatur Excrementum Sanguinis, suscipit in venâ cavâ ultra simum jecoris, non in venis portâ ad cavum jecoris. In venâ autem dum coquunt, duplex segregatur Excrementum alterum tenuë, crassum alterum. Tenuë est bilis Excrementitia, quæ genita in jecoris parte simâ, non fuit expurgata per vesicam felleam; & propterea in venas perducta beneficio calorâ venarum miscetur cum Excremente seroso: ut hoc licet in ventriculo album fuerit genitum, in venâ tamen cavâ obmissionem bilis excrementi etiæ reddatur coloratum, subflavum, subruberum.

38. Quis non videt ex allegatis Galeni placitis non dissentiente Mercuriale, & plenâ cerâ subfribente Capivaccio satis verisimiliter concludi, Urinam non simplicem esse liquorem, nec solum illud potulentum chyli quod fuit vehiculum, urinæ esse materiam, sed potissimum partem subrussum vel subflavum esse excrementium tenuem biliosum sanguinis ichorem eumq; in extremâ sanguificatione emergere, & mediante sanguinis sero potulentæ aquositati commisceri.

39. Quare Sennert: in Instit. lib. 3 part. 1. sect. 3. cap. 1. Urinam definit, *Quod sit Excrementum secunda cōtūnū, constans materia potulentâ seu aquosâ & serosâ, quod à sanguine utili in Epate & venis seccritur, atq; à renibus potissimum per Venas Emulgentes attrahitur, & hinc per Ureteres ad vesicam transmittitur, tandemq; per meatum urinarium è corpore expellitur, cui tamen alia etiam in statu præternaturali corporū excrements & colligamenta misteri & cerni solent.*

40. In

40. In hâc suâ Definitione quid per serosam materiam intellectum velit suprâ lib. I. c. 9. in Instit. monuit. Eoq; loco postquam approbavit Vallesium rectè docuisse, Urinam constare duplici Substantiâ, Aquâ scilicet epotâ, & proprio sero Sanguinis, & si quid aliud intra illud continetur. (Vallesij verba hâc sunt: *Conflata est Urina ex duplice substantia, aquâ scilicet epotâ & proprio sero sanguinis, gignitur enim ex cibis simul cum sanguine; ut ex sanguine in mammillis serum suum, illud vero ob congenerem naturam, ita coit cum epotâ aquâ ut tota Urina unica aqua sit quanquam revera sint duo illa aquæ genera, velut si quis lac aquâ diluat, postmodum Unicum simplex Serum destillare videtur, quanquam ex sero & aqua conflatum sit.*) addit Sennertus: Verum nec hic subsistendum, sed ulterius, nullius se. Æ, sed unius veritati, quam contemnere & alicuius autoritati postponere nefas sit, studio & amore progrediendum, & quid illud serosum sit inquirendum censemus. Si autem diligenter Urina naturam perpendiculariter, inveniemus Serosum illud Excrementum esse salem in cibo & potu superfluum & alendo corpori inutilem, cuius partem nonnullam recentiores non incommode Tartarum nominarunt, quod sali illi crassiori & fæculento vini, quod à substantia vini secretum doljs adhæret, & Tartarum nominatur, non ab simili sit.

41. Hactenus Sennertus, qui hoc dicere videtur, Salsum illud sanguinis strictè dictum serum ex tartareis sive quoconq; alio nomine salinis in secundâ coctione resolutis & segregatis inutilibus reliquijs suam originem & essentiam adipisci. Notabile est. Quod Sennerto ex eorum numero esse non placeat, qui vel transversum unguem à veterum vestigijs recedere nefas putant, sed ijs annumerari gaudet, quibus nulla religio videtur aut novum quippiam condere, aut antiqua placita vetustate collapsa fulcire, aut illis addere, quæ partim diligentia partim progreidente ætate consecuti sunt, & quæ temporibus magis quam scriptoribus defuerunt.

42. Et quia norat tam illos peccare, qui à Veteribus per vestigata omnia comprehensaq; esse contendunt, quam qui ijsdem primam rerum inventionem detrahuunt, illosq; de veteri doctrinarum possessione tanquam de ponte deiçere cōnantur, obliti quanto-rum Gigantum humeris insidentes tantillum ultrâ prospiciant plerumq; Pumiliones.

B 2

43. Quia

43. Quia norat novas sententias primo suo exortu non facile invenire assensum, propterea quod præconceptæ opiniones favorem illis & fidem detrahant.

44. Ideo Aristotelis & Galeni consensum, qui sal sedinem in Urina agnoscunt, præmitit, & in testimonium adducit Ruffum Ephesium, qui apertis verbis Urinam Nitrosum humorem in vesicam delabentem definivit.

45. Indè ad Experientiam provocat, & ut in rem præsentem deducat minus credulos Lectores, ad Tabernas eos remittit vulgarium artificum, Ubi Borax, Nitrum, Ammoniacum, factitia salia ex urinis animalium & animalium urinis sàpè perfusa salsa terra decoquuntur; Ubi observare possint proprijs oculis, quæ alienis testimonijis Dioscoridis, Galeni, Pauli Æginetæ, Andr: Bacci, Georgij Agricolæ non æquè facile crederent.

46. Et quidem ocularem inspectionem tanti facit Galenus ut merito deridendo arbitretur illos, qui de rebus sensui evidentiis sententiam non suis sensorijs sed demonstratione aliqua ferre conantur, & fatuis opinionibus credere malunt, quam sensuum iudicio fidem adhibere.

47. Ocularis inspectio hujus rei ubi haberi possit jam dixi: quin potius ut omnis adulterij sis securus solius puræ putæ humanæ urinæ destillationem quam prætit Sennertus & alij, tu ipse imitare, & videbis, palpabis, gustabis Urinæ etiam nostræ Sal in esse, indeq; non tam generari quam repeti. Rectè enim Fernelius adstruit, nihil ex nostro corpore promanare posse, cuius materia non aliquando fuerit immissa.

48. De Sale Urinæ non minus notabilia sunt, quæ de Cons: ac dissens: cap. 17. leguntur, quam quæ jam citavimus. Nulla, inquit, sunt peculiaria mineralia in nostro corpore sed ex alimentis quod est serosum & salsum & coctioni ineptum, post absolutam sanguificationem secernitur. Si verò quid post secundam coctionem non excernitur, & ita sanguini permixtum ad partes remotas pervenit cum ineptum sit ut corpori assimiletur, à partibus respuitur, & vel per sudores excernitur, vel ad renes regurgitat.

49. Hisce si addantur quæ de Tartaro & salibus passim trahunt

dunt Chymici, magna Lux huic doctrinæ affulget. Et quid prohibet Chymicorum fornaculis admotam accendere faciem, indeq; nostram illustrare sententiam.

50. Nec est quod te offendat inconstantia sermonis, si forte alibi Tartaro, alibi Sali Nitro, alibi Sulphuri, alibi Nitro-sulphureæ faci hæc vel illa Urinæ qualitas ascribatur; Varia enim in hujusmodi rebus contingit miscella, ita & in verbis. Unde Sennertus in Instit. lib. 3. part. 1. sect. 3. c. 5. Videmus lixivium, quod aqua cineribus affusa, multè magis tingi, quam aquam in qua Sal purus solvit, quod sit ob partes adustas sali adhuc adhærentes; quales si quis etiam seroso & salso Urinæ humoris adharere statuere velit, cum eo non pugnavero. Haec tenus Sennertus.

51. Unicum adhuc ex Quercetano Tetrad. p. 62. addere lubeat. Ubi sanguinis & vini instituit comparationem, & inter alia, In vino, inquit, præter phlegma destillatione eductum fax quadam flava aut rubra conficitur, sulphuris & Salu Nitri plena, mediocriter volatilis: quod idem in sanguine deprehenditur si destillatione tentetur, idq; est quod bili, quam à Sanguinenatura separat, aptè comparari potest, cum utrag; fas prorsus nitro-sulphureæ substantia sit. Unde apparet nos ne quidem invitis Chymiatris in nostrâ Definitione geminato Epitheto idem falsum & biliosum dixisse serum, ut unum per alterum interpretaremur.

52. Cæterum hic ipse serosus humor, qui per segregationem superfluæ humiditatis & commixtionem falsi-bilioſi seri dicto modo gignitur, quo tanto purior & alendo corpori aptior sit distribuendus, & ab Epate tanquam fonte per renes tanquam canales in totum corpus derivandus sanguis, ut quælibet alimenti indiga corporis pars cum ad fontem decurrere non possit, inde tanquam ex præterflente haurire possit; partim cum sanguine in majoribus vasibus confusus manet, & fibrarum copia jam crassum sanguinem diluit, partim cum deducendo sanguine remotissimas venularum extremitates penetrat, indeq; vel insensili transpiratione vel manifesto sudore exhalat, vel ad majores venas reddit, & cum reliquo superfluo sero subtrahitur.

53. Neq; enim serosus Urinæ liquor, quod Heraclito placuit,

ita generatur in nostro corpore, sicut in majori mundo pluvia, ex aquosis undecunq; sursum elevatis & inde in aquam iterum coeuntibus vaporibus.

54. Neq; ut pluvia hinc inde confluens ultrò declivia quærit loca, ubi colligatur, ita & Urina in vesicam quomodo cunq; delabitur, sed depurandi Sanguinis ergò ex majoribus vasis per emulgentes Venas & Arterias virenum subtrahitur, & à sanguine in alimento simul allesto secretus per Ureteres in vesicam demittitur.

55. Salsum hoc nisi subtrahatur serum, pruritum, Scabiem, Cancrum, & alia exedentia excitat ulceræ.

56. Causam quæris (1.) cur jam demum subtrahatur Confusum sanguini superfluum serum? Quia jam demum inutile prorsus Excrementum est. (2.) Cur renes attrahant Excrementum? Ex publico officio potius quam privati commodi aut nescio cujus oblectationis causa.

57. Licet Renes gaudeant seroso sanguine, ideoq; copiosius cum sanguine attrahere serum credantur, non tamen Urina ex Renum nutritione oriundum Excrementum est, sed quicquid est illius Exrementi, Urinæ permiscetur, Vide Galenum, ubi contra Lycum Macedonem Erasistrateæ sectæ addictum hanc rem disputat. Lib. i. de fac. Natur.


58. In vesicam autem demissa colligitur serosa sanguinis collatura; Quia natura vesicam constituit τῆς υγεᾶς ὕδατος δεκτὴν μόχην dicente Aristotele; undè fit ut in ijs saltē reperiatur animalibus, ubi copiosior est υγεὰ ὕδατος.

59. Notabilis est Philosophi locus lib. 3. de part. anim. cap. 8. nec indignus qui hāc occasione referatur. Vesica, inquit, non omnibus animalibus data est, sed ius tantum animalibus tribuere voluisse videtur Natura, qui pulmonem haberent sanguineum (έγαρμον) idq; rectâ ratione, Calorū enim excessu, qui in eo ipso membro continetur, scibunda hæc omnium præcipue animalium sunt, cibiq; indigent non modo siccii, verum etiam humidi copiosiorū; itaq; etiam Excrementum, (ὕδατα) copiosius contrahi necesse est, nec solum tantum quantum à renere contrahi, excerniq; cum ejus Excremento posse;

posit; Ergo hujus quo^g Excrementi concepulum haberi necesse est.
Quamobrem omnia quae talem habent pulmonem, vesicam obtinent,
qui autem tali carent pulmone, vel parum bibunt (ολιγόπολα) quoniam
fungosum (συμφόν) pulmonem habent, vel omnino potum assumunt
non potus sed cibi (τροφῆς) gratia, ut insecta & pisces, vel etiam
quæ penna aut squama aut cortice integuntur. Hac tum propter bu-
morū exiguitatem, tum quia quantum Exrementi (ωδειώματος)
contrahitur, in ea ipsa (pennas, squamas, cortices) absumitur, vesica
omnia carent, Exceptā testudine marina.

60. Hæc sunt quæ de Natura Urinæ, Materia, generatione
& collectione hâc occasione proponere licuit, eaq; prolixius inter-
pretari & nostrorum antecessorum testimonij confirmare volui-
mus, debuimus, ne illo ἀντὶ φαντασίᾳ abuteremur; Et ut tanto expeditius
Urinarum porrò differentias constituere, earumq; causas redi-
dere & judicium de inspectis Urinis ferre possemus.

61. Horum pleraq; quia ex nostris prælectionibus hausta vi-
deri poterant, placuit Dn. Respondenti peculiaria quædam sub-
jugere problemata.



HEPTAS PROBLEMATUM

De

SUDORE ET AQUA PERICARDII

Problema I.

An causa Sudoris Materialis sit Sanguis eli-
quatus, extenuatus & diffusus, afferente Empedo-
cle, ut scribit Galenus libr. de histor. Pbilos? An va-
pores ab universo corpore elevati, & extra cutim
frigiditate acris condensati, ut nonnulli teste Theodo-
phrasto

phrasto in libr. de Sudore sentiunt? An pars cibim
concocti per meatus corporis contra naturam ex-
creti, cui sententia farvet antiquus Medicus Dio-
cles Hippocrates junior dictus? An vero ejusdem
undē urina gignitur serosi humoris portio ulterioris
distributionis ergo cum sanguine relicta, & non
regurgitans, neq; insensibiliter, sed vaporis instar
per cutis poros erumpens? Posteriori nos subscribimus
sententia cum Galeno 10. simpl. c. de sudore. libr. de atrabile c. 2.
de sanit. tuend. c. 12. Mercur. l. 3. de Excrem. c. 1. Fernel. l. 6. Phys.
c. 6. Sebiz. Exerc. Med. 15. Probl. 10. Sen. Instit. lib. 2. part. 2. t. 7 &c.
Idq; (1.) Ob Saporem qui planè salsus, urinæq; non assimilis
deprehenditur ab eo cui vel nolenti sepe in os defluit. (2.) Sudor-
is vacuationem. Quæ si sit copiosa, mictionem minuit, vel si
materia nequeat per ἄσητον Αἰσθητὸν vacuari, aut per poros cutis
confertim erumpere, mictio augetur. Notandum tamen nobis
sermonem esse de sudore sanorum corporum, eoq; propriè dicto,
non autem de illo qui ægrotantibus vel Criticè, vel Symptomaticè
accidit, qui vel à vitiosis humoribus in venis, aut visceribus, aut ha-
bitu corporis collectis, vel ex οὐντήσει cœu ἀναλύσει proprij ali-
menti partium, cuiusmodi accidit tum Hecticis, tum in agone
constitutis, qui Diaphoreticus appellatur; vel ab expressione hu-
midi nativi ac alimentarij earundem partium facta à dolore ac agi-
tatione Spirituum, qui ob id Sudor per expressionem nominatur.

Problema 2.

An Diocles rectè statuat Sudorem præter na-
turam accidere? Ut negemus movent nos (præter id quod
Galen. l. de diff. Sympt. c. ult. Placitum Dioclis durum vocet & præ-
ter rerum evidentiam) sequentes rationes. Quia (1.) Causa Effi-
cien-

cens est naturalissima. (2.) Materia secundum naturam se habet.
(3.) Vix, per quas sudor erumpit, à natura quasi providente eva-
cuationis indigentiam illi destinatae. (4.) Subjectum quod sudat,
sanum esse potest, & nullo, neq; universali totius corporis, neque
particulari alicujus membra morbo laborare. (5.) Finis est optimus &
ad salutem sudantis conservandam directus. Rationes Dio-
clis *Begxułgias* studiojam non attingamus, ad quas tamen in
Disputationis conflictu data occasione respondebimus.

Problema 3.

*An sanguinem (ut nonnulli sudasse perhibent
ex Arist. l. 3. de part. animal. c. 6. Fernel. Pathol. l 6.
c. 4. Rondel. l. de dignosc: morb: c. II.) homo na-
turaliter sudare possit?* Negamus cum Aristotele, qui
nulli hoc mortalium bene & secundum naturam se habenti con-
tingere asserit, l. 3. de part. animal. c. 5. Ubi inquit: Nonnullos
quidem cruentum sudasse sudorem, ἀλλὰ οὐχεξέιαν; Si di-
cat quispiam Salvatorem nostrum in monte oliveti sudasse sudo-
rem sanguineum, cuius tamen corpus, quod idea fuit corporis
optimè & in temperie partium similarium, & in compositione
dissimilarium, & in utrarumq; unione constituti, tali οὐχεξέια, de
quâ citato loco Philosophus loquitur, minimè laboravit; Re-
spondemus istum sudorem fuisse planè singularem, miraculo-
sum & hyperphysicum; cui si quid naturale subfuit, solus modus
Expressionis subfuisse videtur.

Problema 4.

*An humor, qui in cordis involucro (uti ex se-
tationibus patet) continetur, reperiatur solum in
corporibus defunctis, ita ut quemadmodum alio-
quin vapor frigore in aquam commutatur, sic &
spiritus cordis frigore cogantur in ejusmodi ma-
dorem,*

dorem, ut Veiga comm. in 5. de loc. affect. docet? An etiam in viventibus, iisq; malè affectis tantum? An verò sit & in defunctis, & in viventibus, iisq; tūm sanis tūm agris? Quod posterius (licet Curtius Papiensis de hoc dubitaverit) affirmamus confirmati tum Authoritate Hippocr: in l. de corde. Nic. Josij de flet. c. s. Fernel. Phys. l. 1. c. 8. Baub. Anat. l. 2. c. 17. Barthol. Anat. l. 2. c. s. Sen. Pract. l. 2. part. 4. c. i. ut & aliorum Vesalij, Fallopij, Jasolini, Piccolominij, Laurentij, &c. Tum etiam Ratione. Quia cum cor viscus natrā calidissimum, motuq; perenni magis incalescat, ne inflammaretur tandem, & ardore assiduo quasi torreretur, planeq; contabesceret, opus ei fuit refrigerante & humectante subsidio: Tale autem humor Pericardij esse non tantum indigitat Hippocrates in princip. lib. de Cord: his verbis: Habet Cor humiditatem tantam, quanta satis est æstuanti in medelam. Et alibi, ubi Modicum humor in Pericardio contineri dicit, ut cor sanum in custodiâ suâ florescat; sed etiam inde liquet, quod illo humore consumpto Hectica subortiatur.

Problema 5.

Quænam humoris Pericardij, ex quâ generatur, materia? Variæ de materiâ illius humoris sunt opinio-nes, quarum nonnullas Archang. Piccolb. lib. 4. Anatom. lect. 2. recenset. Qui tamen maximè probabilem esse dicit sententiam Hippocratis, pro illius humoris materia agnoscens aliquam portionem potus per asperam arteriam ad pulmones, ab his ad Cor, & inde ad Pericardium duci. Nos dicimus, materiam humoris in Pericardio concipi esse partem tenuiorem & magis sinceram sero si illius Excrementi in Epate geniti, cuius pars magis faculenta, ne sanguis adeò impurus ad Corporis veniret, ad renes demandata Urinæ dat materiam, purior verò pars relinquitur propter sanguinis penetrationem ad angustissimas partes, quam puriorem seri partem unâ cum sanguine, cui diluendo serum à natura destina-

destinatum, dum Cor suscipit, & sanguinem pro sui nutritione nondum satis elaboratum magis elaborat & perficit, illud seri segregat, & in involucrum deponit, ut faciat quandam irrigationem ne Cor ex valido & perenni motu siccitate nimum arescat. Hanc sententiam ut amplectamur movet nos *Authoritas Medicorum*, movet nos *Ratio*. *Authoritatem* quod attinet, *Galen. lib. 5. loc. affect. c. 5.* illum humorem urinæ speciem referentem, *Vesal. lib. 6. c. 18.* Aquam seroso humoris similem. *Baub: Anat. l. 2. c. 17.* Serosum humorē, *Laurentius* humorē sero & Urinæ affinem. *Senn. Instit. lib. 2. part. 3. s. 2. c. 2.* Humiditatem Urinæ specie nominat. Quibus accedit illud *Hippocratis*, qui in limin. libr. de corde. Est, inquit, in tunica Cor circumdante humor modicus velut Urina, ut putare possis Cor in vesicā diversari. *Rationem* desumimus ex ipsa οὐλοψίᾳ, in quā humor ille sero & urinæ similis apparet, ad cuius naturam quam proximè accedit, nisi quod tantam ut urina non habeat acrimoniam & sal sedinem, quod sit, quoniam crassiori & impuriori sua parte orbatus ad cor defertur.

Problema 6.

An Effluxio aquæ, quam ex Pericardio latere Christi lanceā militis aperto, emanasse nonnulli putant, naturalis fuerit? Censemus istum effluxum, ut ut etiam materia quæ effluxit, naturalis sit, miraculosum & planè hyperphysicum. Nam *Evangelista Johannes* αὐτὸν illum pro extraordinario & miraculoso habet, dum ne quis de historiae veritate dubitare possit, & suo & aliorum testimonio eam confirmat. *Cap. 19. v. 35.* ubi inquit: Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus, & ille scit quod vera dicat ut & vos credatis.

Problema 7.

An palpitationem cordis à nimia humoris in Pericardio contenti copiā ortam tollat Venesectionis,

Elio, ut nonnulli præcipiunt? An purgantia humores aquosos? Nos nec Uenæ-sectionem hic convenire dicimus, quæ tantum abest ut humorem jam Pericardio inclusum minuat, ut potius calore debilitato augeat; nec purgantia aquosos humores, quæ causam quidem antecedentem & id quod aquam augere potest, evacuant, ipsam verò aquam in capsulâ cordis contentam evacuare non valent. Efficacissima itaq; quæ in hoc affectu prodesse possunt medicamenta censemus aquam illam absumentia & discutientia tam interna quam externa.

Tantum.



*Etio, ut nonnulli prcipiunt? An purgantia
res aquosos?* Nos nec Uena-sectionem hic conve-
mus, quæ tantum abest ut humorem jam Pericardio i-
minuat, ut potius calore debilitato augeat; nec purgan-
tos humores, quæ causam quidem antecedentem & i-
quam augere potest, evacuant, ipsam verò aquam in ca-
dis contentam evacuare non valent. Efficacissima ita
hoc affectu prodesse possunt medicamenta censemus
illam absumentia & discutientia tam interna
quam externa.

Tantum.



cien est naturalissima. (2.) Materia secund
(3.) Vix, per quas sudor erumpit, à natura
cuationis indigentiam illi destinatae. (4.) Su
sanum esse potest, & nullo, neq; universaliter
particulari alicujus membra morbo laborar
mus & ad salutem sudantis conservandam di
cis *Bæxulogias* studiojam non attingam
Disputationis conflictu datâ occasione respo

Problema 3.

*An sanguinem ut nonnulli sa
ex Arist. l. 3. de part. animal. c. 6. Fe
c. 4. Rondel. l. de dignosc: morb:
turaliter sudare possit?* Negamus
nulli hoc mortalium benè & secundum natu
tingere afferit, l. 3. de part. animal. c. 5. Ut
quidem cruentum sudasse sudorem, à dicitur
cat quispiam Salvatorem nostrum in monte
rem sanguineum, cuius tamen corpus, quod
optimè & in temperie partium similarium,
dissimilariū, & in utrarumq; unione consi
de quā citato loco Philosophus loquitur, mi
sporadēmus istum sudorem fuisse planè sim
sum & hyperphysicum; cui si quid naturale
Expressionis subfuisse videatur.

Problema 4.

*An humor, qui in cordis in vol
etionibus patet, continetur, repe
corporibus defunctis, ita ut quem
quin vapor frigore in aquam com
spiritus cordis frigore cogantur i*

C

